

sub frigore ibi summo, 26 graduum caloris, et æstate summâ, caloris 36, quem nunquam Europa sentiit.

Plurimè legi quæ de spiritibus animalibus scripsisti, quos esse, *Electricum* quod suades, hoc ita mihi arrisit, ut vix mihi locus ulterius de eâ re dubitandi supersit. Certè nullâ aliâ ratione aptâ demonstrari possunt spiritus hi; et si hæc fallant, multa cadunt. Utinàm velles instituere experimenta circà electricitatem cum *fragrantibus* et *suaveolentibus*, quæ nervorum actionem incitant exhilarantque, nec non cum *fætidis* quæ nervorum actionem suspendunt ut *Datura*, *Belladonna*, *Actæa*, *Tagetes*, alique; certè si hæc agerent in electricitatem, res esset omnium evidentissima.

Mitto inclusum ramulum *Capraricæ*, cum floribus et fructibus ac seminibus perfectis. Te servet D. T. O. diutissimè.

Upsaliæ, 14 Octob., 1755.

Inscriptio : *A Monsieur François de Sauvages. Capraria pour le Jardin Royal, à Montpellier.*